VITA BEATI IOANNIS EPISCOPI, ET Confessoris Tragurieñ & eius miracula. Impẽsis Reuerendi Domini Ioannis Statilii Tragurienſis Prepoſiti Vrſieñ Sereniſſimi Regis Hũgariæ Secretarii Excuſſa.

CONDITOR humani generis, Dominus noſter uolens Eccleſiæ quam filii ſui Ieſu Chriſti dormientis in cruce ſanguine dedicauerat fundamenta ſtabilire in montibus ſanctis, ad ipſius roboris firmitatem alios elegit Apoſtolos, Quorum prædicationis ſonus in omnem terrã exiret. Alios qui dẽ Martyres, Qui p teſtimonio fidei eius, & lege ſeruãda, uelut agoniſtæ fortiſſimi uſq; ad mortẽ certantes, Sanguinem propriũ effuderunt. Quoſdam uero Confeſſores, qui licet non Succubuerint gladiis proſequentum, Crucifigentes tamen carnẽ ſuam cum uitiis, & concupiſcẽtiis palmam martyrii nullatenus ammiſerunt. De quorum conſortio, Beatum Ioannem Tragurienſis Ciuitatis Antiſtitẽ fuiſſe credimus. Qui cuius uitæ uel meriti fuerit & qualiter ad apicem Infulæ pontificalis peruenerit,

BIBLIOTECA ARCIVESCOVILE DI UDINE

ſequens textus edocet manifeſte. Temporibus igi/
tur Colomani Regis Hungariæ cum quidam lega/
tus ab urbe Roma miſſus ad partes Pannoniæ, In/
trans Dalmatiam ueniſſet in ciuitatem Iadratinam
occurrerunt ei Ciues Tragurienſes orantes ut per
terram eorum iter faceret. Quia ciuitas ſua cre/
bris bellorum incurſibus diutiſſimaq; ciuium diſſen
ſione agitata deſtructioni proxima ferebatur, qui
legationis iniunctæ ſibi nulla potiora initia ſe poſſe
dare conſiderans quam in initio uiarum ſuarum ci/
uilia bella pacare petitioni condeſcendẽs illorũ cũ
illis nauigauit ad urbẽ, ubi datis ſalutarib⁹ monitis
ſeditionẽ ſedauit antiquam, & ciuilem diſcordiã pa
cis concordia cõmutauit, moram aũt eo faciente in
Tragurienſi ciuitate, contigit eiuſdẽ urbis præſulẽ
de præſente luce migrare, poſt cuius obitum clerus
& populus uniuerſus ad legatum conuenientes de/
precabantur uoto ſupplici ut eis dignaretur proui/
dere paſtorem de his quos in ſuo adduxerat cõmita
tu, quod cũ ſibi graue uideretur admodum tũ pro/
pter patriæ longinquam diſtantiã tum propter di/
uerſos mores, & inſtituta locorum, tum etiam quia
difficulter ſperabat eſſe perſonam in ſuo comitatu
ad hoc uoluntariam, uotis illorum acquieſcere recu
ſabat, aſſiduis demũ precibus fatigatus eorũ anim/
aduertit inter clericos cõmitatus ſui quendam iuue/
nili ad huc ætate tamen lenitate florentem, genere
nobilem, ſcientia plenũ, probatũ moribus, IOanne

nomine quem his exhortationibus adoritur dicens.
Non eſt tuæ diſcretioni ſecretũ fili chariſſime, quã/
ta precum inſtantia me fatigare nõ ceſſat populus
ciuitatis huius poſtulando de ſociis noſtris aliquem
in eccleſiæ ſuæ futurum præſulem & rectorem. Et
quia uox populi fertur eſſe diuina, operepretiũ uide
tur nobis, eorũ debere condeſcendere poſtulationi.
Nunc ergo confortare in domino & in potentia uir/
tutis eius, accingens te ipſum ad ſubeundũ pondus
oneris & honoris, cũ præter te non ſit inter comites
noſtros quiſpiam de circũſpectione, cuius poſſimus
huic eccleſiæ prouidere. Quibus auditis turbatus
infremuit, & ut erat columbinæ ſimplicitatis, uere/
cunda facie reſpondẽs ait. Quid in me pater & do/
mine, tuæ diſplicuit paternitati? Cur mihi perferre
ſuades pondus, quod humeri potẽtes & robuſti ad
onera expauent, præſertim cum & corpori uires, et
ſcientia deſit animo? nec uitæ curſus congruat gra/
uitati. Sed & ſi mea tibi domine uident ingrata ob/
ſequia, licentia tua natiuitatis patriam repetam, de
qua huc te proſecutus adueni, potiuſquã in hac par
te cuiuſpiam conſiliis acquieſcam. Contradicente
autẽ Ioanne legati conſilio, addiiciente quoq; ſe ſu/
biturum quoduis genus ſupplicii priuſquã onus ſol
licitudinis paſtoralis. Egreditur ad plebẽ Legatus
et expectationi eius in hunc modũ reſpõdit, Fratres
& filii, honeſtis iuſtiſq; petitionibus noſtris quantũ
cum deo poteram ſatiſfacere propoſuerã. Sed meo

proposito effectus operis contradicit. Est enim in comitatu legationis nostræ quidam. Quem quia scientiæ plenitudine, ac morum grauitate iuuenilē trāscendit ætatem, nōstræ petitioni tradere satagebat. Sed qa ipsius animo suadere nequeo, quod uel meo consilio acquiescat, uel uestræ uoluntati consentiat Ite & iuxta beneplacitum uestrum de prouida persona & Ecclesiæ uestræ idonea iuste & rationabiliter cogitate, quod hanc uocem mœrentes effecti & tristes clerus omnis ac populus metuentes ne ciuitas dissoluta sine pastore dimissa. Post legati recessum in deteriora relapsa, prioribus ad irreuocabile præcipitium uergeret, pari uoto seipsos astringunt a legati foribus non recessuros, nisi prius per illum postulationis suæ finem consequerentur optatum. Cunq; innotuissent ei uota populi, cōmotus iterato clamore plebis, ad sæpe dictū iuuenem conuertitur rursus, & eum in hunc modum affatur dicens. Fili charissime non te latet ut credo & certus sum, quā sit bonum uiro cum portauerit iugum ab adolescētia sua, cum iugum enim suaue sit ad portandum, et leue onus ipsius prout in Euangelio legimus ad ferendum. Ideoq; scire te frater oportet. Quia diuinæ prouidētiæ sententia te inuitat per uoces istius populi, ut reddas in hoc loco domino uota tua, & ut sacrificando laudis hostiam offeras altissimo uitulum labiorum tuorum. Acquiescens demum iuuenis legati sermonibus, & considerans q̄ diuina non nouit

mutari sentētia. Respōdens ait, si prouisū est dispositiōe domini sic qd̄ non possit aliter fieri, dūmodo ipsi ecclesiæ labor meus possit proficere, uoluntas Dei par & tua fiat. Letus itaq; legatus ad plebem egreditur & eius desideria cōpleta esse reuelat. Exultat clerus, congaudet populus, & gratiarū actiones Deo & sanctæ Romanæ ecclesiæ pro tanta sibi collata persona ferentes unanimiter deposcunt, ut quantotius in præsulem consecretur. Legato uero prosequēte legationis suæ iter, cōsecratur a Laurentio Salonitane sedis archipræsule, atq; ad urbē Traguriēsem reuersus cū gaudio plebis suscipit uniuersæ, sublimatus igitur cathedra pontificali, nō dedit se corrūpendū inertiæ, ueluti pleriq; adepti causam desidiose quietis solēt, sed iugi meditatiōe intentus totius uitæ suæ cursū ieiuniis, orationibus, uigiliis et elemosinis adorsus est. Erat aūt in eloquētia facundus, in sapiētia præcelsus, pietate affabilis, ī sermōe uerax, in iuditio iustus, et reddēs q̄ sunt dei deo, humani fauoris aurā fugiēs, in faciē hominū uestiebat fulgidā uestē & celebrē, super nudo uero intrinsecus asprimo cilitio utebat. Nec secus quoq; toto uitæ suæ cursu fuit usus thalami pprii cubiculo qd̄ a cubiculariis eius egregie paratū spnebat atq; cubiculariis eisdē emissis, & admisso secretius paupe eum in memorato cubili locabat, ipse aūt post lōgas noctis uigilias pauimēto supsternēs aspsos asparagos nudus desup carnē crudelis delicto macerās pnoctabat

Hæc & his ſimilia longo uſu temporũ eo faciente, contigit ꝙ anno quodam tempore iam uindemiarũ propinquante, grando ſuperueniens uineas cõtudit adeo ꝙ uinitores non uuas, ſed racemos rariſſimos domum referrent, Epiſcopi aũt uidemiarii, cum & ipſi ſimili ratione, tam paucos reportarẽt racemos iuxta terræ conſuetudinem, uix tinam poſſent dimidiare, nunciant ei q̃ modicum racemorum de ſuis uineis reportaſſent. Quibus ille, potens eſt Deus, qui de ſicca rupe per Moyſen ſeruum ſuum aquam toti populo Iſraeli ſufficientem eduxit, etiã nobis de racemis pauculis, uini copiam elargiri. Ite & quod deſiderit Deus cui deſeruio, in ipſius nominis potentia eliquate. Miniſtri aũt euntes fecerunt ſicut eis fuerat imperatũ. Et cum eliquare cœpiſſent, tanta uini prorupit abundantia, ꝙ de uaſe tam paruulo, tria magna uſq; ad ſummũ ſunt repleta dolia uini continua copia effluẽte. Quod cum uiderent cũ ſtupore & admiratione ſtuduerunt beato uiro nunciare dicentes. Domine mira res & ſtupenda ualde de tãta paucitate uuarum tres maiores repleuimus iam uegetes, & quod eſt mirabilius, Idem uini fluxus indeficiẽs perſeuerat. Quibus moderate reſpondens inquit. Miſereatur ueſtri Deus filioli, quare dei miſericordiam in inuidiam conuertitis? Ecce uere qd̃ nũc abundabat iam ceſſauit omnino & uos reati huius non modo nobis uerum etiam obnoxii eritis uniuerſæ plebi, illi uero ad opus ſuum regreſſi ſicut uir ſan

ctus præ

ctus prælocutus fuerat inuenerunt, uinum iam penitus a fluxu quieuiſſe. Alio uero tempore cum nauigaret ad oppidum quod dicitur Sibenicũ, & in naucula qua uehebatur ſanctus ueheretur uini etiam dolium, & uentum eſſet ad locũ qui uulgo Plancha latine aũt hilis uel promontorium Diomedis uocatur motus uehemens factus eſt in mari, Et quia præfatus locus a terra fere preciſus & quadam latitudine porrectus in mari, plerunq; uero marinis repellitur fluctibus, nauigium memoratũ incaute in idipſũ ruens ſaxum ſubmerſum eſt cũ omnibus quæ ferebat De quo naufragio cum alii natando, alii tabulis herentes ſi quas obtuliſſet caſus exirẽt, Solus antiſtes ſuper undas maris quaſi ſuper aridam illeſus exiuit ultimo aũt eo iubẽte nauigium ita illeſum cũ rebus ſuis de profundis educitur, ut ni ſuprafatũ uini dolium ſtilla non ſubrepſerit aquæ. Per idem tempus Colomanũ Pannoniorum regem contigit ad maritimas partes in manu potẽti & brachio excelſo deſcẽdere, ut regnum ſuæ ditioni ſubiugaret Illiricum Croatiæ gẽtibus iam ſubactis, & quia ciuitas Iadratina munitior & potentior ferebatur cæteris ciuitatibus, inferiorum partium Dalmatiæ, tũ natura loci tum etiã multitudine populi bellicoſi, quæ quondam ab Adrio fratre Itali fertur fuiſſe conſtructa, contra illam primo direxit aciem exercitus uniuerſi quam cũ ſibi nollet obtemperare circumcinxit obſidione, & erectis aduerſus illã propugnaculis & ua

riis generibus tormentorũ non minimam ſtragem murorum urbis & turrium faciebat. Eodem modo & ciues pro ſalute certantes aduerſum exteriorem ſuam machinam quæ uulgo artaria dicitur erexe/ runt. Sed quodam prælagio contigit diuino, ut quodcunq; lapides uibraret machina ciuium, aut ſuper ſuas crates, uel uineas, aut intra muros ſuos retorti conuerterentur. Vnde perturbati atq; con/ territi nullum aliud ſaluti ſuæ remedium expecta/ bãt, niſi aut preliando cruentum occaſum, aut igno miniose deditionis euentum. Quibus ſic dubitanti/ bus occurrit beatus Ioannes Tragurienſis antiſtes, more ſolito fatigatus ut inter ladratinos & regem exortum ſedaret tumultum, & ad pacis normam utriuſq; populi reuocaret errorem, ad cuius aduen/ tum gauiſi ciues & ſupra quam dici poſſit gratula/ bundi effecti, ueluti de ſuæ ſalutis auctore ipſum adeunt gradu feſtino, conſulentes quid facto ſit o/ pus, quid ue ſit factum per ordinẽ pandunt, Quos ſanctus blande leniterq; conſolatus eſt dicens, No/ lite turbari, nolite filii metuere, nam & me cauſa ſa lutis ueſtræ ad uos tranſmiſit Deus, Ite uelociter & machinã ueſtram mihi nuntiare ſtudete, abeunt igi tur ad locum feſtini ubi regia machina tantam iam dederat ſtragem murorũ, ꝗ patebant hoſtibus in/ trinſeca ciuitatis, reparanteſq; ſuam uelocius Epiſ/ copo quæ geſſerant nuntiant abq; mora. Ille uero quantotius pergit ad locum & inter crepitantium

ſaxorum turbines intrepidus perſeuerans eleuatis in cœlum manibus fixiſq; in terram genibus hanc orationem fertur fudiſſe ad dominum. Omnipotẽs æternæ Deus cui cuncta famulantur elementa, re/ ſpice propicius ad preces ſerui tui & clementiam tu am exorantem pro ſalute populi tui ciuitatis iſtius & illius quorum Princeps hunc expungnare intitur exaudi & preſta ut ſicut uterq; populus gaudet uni us Deitatis cultura & eiuſdem fidei claritate reful/ get, ita unius eiuſdemq; terreni rectoris moderami/ ne gubernetur, per Dominum noſtrum Ieſum Chri ſtum, Qui tecum uiuit & regnat in unitate ſpiritus ſancti Deus in ſæcula ſæculorum. Surgens autẽ ab oratione iuſſit lapidem ſibi offerri. Quem ponens in funda, inquit Dominus Deus Sabaoth, Qui do/ cet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bel lum, qui lapidem fundæ Dauid in Philiſteum dire/ xit ipſe te dirigat in exteriorem machinã, quæ abſ/ q; humani generis leſione ictibus attrita tuis ex to/ to corruat & diſſipetur, ut nec alia loco illius uale/ at reparari, Et hæc dicens funes uniuerſos iuſſit tra hi potenter & percuſſa eſt machina extranea, nec non ictibus ita contrita, ſequentibus q; ſicut uir o/ rando impetrauerat nulla loco prioris potuit repa/ rari. Videns autem Rex quia uictoria prope ade/ pta, de manibus eius eripiebatut, cœpit cogitare an xius quo conſilio potiſſime niteretur, cedebat nãq;

maiestati regiæ ad ruborē absq; uictoriæ triumpho ab inceptis desistere ad detrimētum uero totius sui exercitus ibi potētes uires effundere ubi cassatæ fuerant iam effusæ, Cunq; iam nulla spes superesset de obtinenda uictoria conuertit mentis aciē ad partem consilii sanioris & eos quos armis non poterat, beneficiis aggreditur expugnare. Mittit itaq; legatos cum huiuscemodi mandatis ad ciues. Quia si regiæ placet obtemperare clemētiæ ducam uos inter regni primos et urbem quā incolitis, ut cognoscatis me desiderare magis uoluntarios amicos ascisceré quā imperitare coactis. Satisfaciūt igit' ciues iuxta consilium sancti Præsulis regiæ ditioni et fit deditio p ciuiū uoluntate. reqrente uero Rege qbus essent auxiliis ab ipsi9 euasione liberati, referūt seriatim, se sancti Ioannis Tragurienſis antistitis præsidio & munie fuissent ab eius inpugnatione defensi, iussit ergo Rex eum præsentari sibi & sciscitans cur tantum contra regis præsumpsisset potentiam, tale responsum ab eo recœpit, causa tuæ salutis bone rex tuiq; exercitus, Credas hæc omnia gesta, ne tu cum sis Christianitatis insignitus stemmate, Christianorū cruentareris sanguine, & exercitus tuæ clementiæ, serenitatiq; subiectus eodem cruore fœdat9 humanitatis exuto freno, crudelitatis incurrisset infamiā, ac per hoc iram dei omnipotentis contra se tecū pariter excitasset. Et sic sanguinem populorū pereuntiū innocēter de manu regia requisisset deus. Nunc

aūt saluo regis imperio, salua sunt omina, & ex alto prouidit dei clemētia, ut & tuæ ditioni subiiceretur populus, et manus tuorum a sanguine ipsius mūdæ inuenirentur. Miratus rex in eloquentia sapientiæ illius factus de eiusdē sanctitatis uita certior pronus adorauit eum & ait ut uideo amicus dei es, & uerbū eius in ore tuo uerum & ideo sancte pater, tuam deposco grātiā, ut pro me famulo tuo ad Regē regū preces digneris fundere quatenus nos in pace cultodiens, nostri regni habenas dirigat, & post uitæ præsentis cursum, cum electis suis regnū nobis indulgeat sempiternū. Honorauit aūt eum muneribus plurimis, & pariter cum illo gradiens peruenit ad oppidum Sibinicū ubi ecclesia beati archangeli Michaelis usq; ad præsens cernitur esse constructa, In quadum sacra missarum celebraret mysteria, columba niue cādidior, solo rege uidēte descēdit super caput sancti præsulis, & ei tam diu insedit, donec iniciata sacrificia consumarentur, quibus pactis eleuata est ad cœlos, nusquā ultro comparens. Quo uiso miraculo Rex obstupuit, & idipsum circūstantibus reuelās ait. Vere nunquā audiui talia, qualia de hoc uiro uiderunt oculi mei hodie. Post hæc uero, rex ingressus Tragurium, dona quæ ecclesia cathedralis illius loci a Croatiæ regibus seu a salonitanis principibus promeruerat ampliauit, et priuilegiorum munimie roborauit, & uale faciēs Præsuli sancto accepta benedictione discessit. Non multis aūt elapsis annorū

curriculis post regis de quo præfati sumus recessũ
tãta molestia corpis subsecuta est sanctũ uirum q̃
mẽbrorum oĩum dissolutionẽ pati uidebat, cũq; su
pnæ uocationis tẽpus sibi cerneret ĩminere, conuoca
tis clericoꝝ et laicorũ cœtibus in unũ dixit, fratres
& filii uolũtas dei fuit usq; modo, ut uobiscũ uiuerẽ
peregrinus & aduena, nũc uero tẽpus incũbit, ut cõ
mendẽ terræ corpus, & reddã animã creatori. Con
siderate igit dilecti, aĩaduertite charissimi quã fra/
gilis, q̃ sit labilis imago uitæ præsentis. Quæ cũ in/
cautis gaudiũ de præsẽti, is spẽ offerat de futuro nil
aliud exercet, nisi ut cũ repẽtino supueniat interitu,
et quos ĩcautos post se male illexerat malefaciat in/
terire, et ita sit ut q̃ hesterna die, q̃si flos uernãs egre
rediebat, hodie tanq̃ fenũ exeat arefactus, neq; po
natis spẽ in mũdanis opibus, aut gloria, quã cũ ho/
mo interierit nõ sumet aliqd, neq; descendet cũ illo
gloria mũdi. Nudi etenĩ sum⁹ egressi de matris ute
ro, nec dubiũ qa nudi reuertemur illuc, nihil nobiscũ
præter uirtutes seu peccata portãtes. Quæcũq; enĩ
semĩauerit hõ, hæc moriẽdo et metet, et ut dixi uobis
redẽptor uitæ meæ, deus uocare me dignat de mũdi
medio, cui⁹ uocationẽ tã lætus mẽte cõcipio, quãtũ
labori perituri sæculi lætabũdus finẽ impono. Vos
aũt filii pacẽ habete, & Deus pacis & dilectiõis erit
uobiscũ. Apprehendite disciplinã ne quãdo irascat
dñs et pereatis de uia iusta. Post mortẽ uero meã de
pastoris deliberate successione, cui⁹ uita uobis pro

ficiat & doctrina corpus meũ intra corpus terræ oc
culite, futurũ est enĩ ut propter peccata post genera
tionem hanc surgentiũ uisitet deus in uirga iræ suæ
locũ istũ & destructis mœnibus eius uniuersis inco/
læ per aliena loca dispersi tẽpore non modico exula
bũt. Post quod huc iterũ redeũtes ciuitatẽ reedifica
bũt, quæ cultores suos munimĩe fouebit ꝑpetue for
titudinis, protegetq; insupabiles semper. His dictis
pacẽ sibi dari ab uniuersis expostulat, & duobus fa
miliaribus secũ dũtaxat retẽtis, iubet cæteros ꝑ fo
ribus præstolari, & ipse palmas utrasq; tendẽs ad si
dera, in hũc modum ultimas fudit preces ad cœlos.
Domĩe Deus in adiutoriũ meũ intẽde Dñe ad adiu/
uandũ me festina, Ne mihi tenebraꝝ prĩceps occur
rat, nõ me demergat tẽpestas aquæ, nec me absor/
beat ꝑfundũ, neq; urgeat sup me puteꝰ os suũ. Sed
aperi mihi pulsanti ianuã beatitudinis tuæ quã pro
misit Iesus Christus filiꝰ tuus diligẽtibus nomẽ tuũ
bñdictũ in sæcula, recõmendo tibi pastor bone gre/
gem quẽ meæ solicitudini dũ uiuerẽ cõmẽdasti, Ma
iestatẽ tuã ꝑ illis suppliciter exorãs ut eos et in pñti
tuæ cõformes grãæ, & in futuro tuæ gloriæ attribu/
as esse paticipes. Saluator et redẽptor mũdi in cui⁹
manus cõmẽdo spiritũ meũ. Et ꝑsternẽs se sup con
suetos asparagos ubi beatã uitã duxerat, præciosã
ibidẽ reddidit aĩam creatori uociferãtib⁹ iis q cũ eo
remãserãt plãgore luctissĩo flẽtes uniuersi ciues ad/
ueniũt, cõplet lamẽtis ciuitas oĩs nõ poterat qs ab/
(stinere

a fontibus lachrimarum. Idem dolor errabat pari/
ter per omnem ſexum, ætatem, & conditionē. Dies
illa tota ducitur luctu & mœrore confecta tractan/
tes deniq; ſacrum corpus ut ipſum ad tumulādum
Chriſtianitatis more componerent, ita plenum liuē
tibus uibicibus inuentum eſt, ut a planta pedis uſq;
ad uerticem ſanitas in eo uix iueniretur. Et .n. ſicut
demum compertū eſt referētibus ueridicis teſtibus
pluries uiſus eſt intempeſtæ noctis ſilentio in mare
quod uicinū habebat tenus aluo deſcendere & ſe/
metipſum duris flagris duriſq; caſtigare cruciatib9
Sepelitur tandem ſicut uiuus mandauerat cū hym
nis & laudibus in corpe terræ in maiori Baſilica me
ridionali parte contra altare ſanctorum martyrum
Coſmæ & Damiani ad ſepulchr; cuius ceci ſunt illu
minati, paralitici curati, ex obſeſſis corporib9 quod
frequēter euenit demones ipſius interceſſionibus ac
meritis effugati. Vt aūt ea quæ prophetico ſpiritu
prædixerat implerentur, euolutis paucis aunor; cir
culis poſt eius obitū ciuitas a Saracenis non modo
capta, uerū etiam funditus eſt euerſa, cuius Incolæ
diuerſi non paucis tēporibus exulauerūt. Poſt mul/
tū uero temporis, cum & ciuitatis reficiendæ tēpus
& confeſſoris eſſet gloria precanda profutura non
nulli ciues ſuperſtites ad propria redierunt, & inten
dentes propriis & publicis reedificationis uſibus.
Confeſſoris memoriā obliuioni penitus tradiderūt,
Cunq; poſt reedificatā urbem nulla de ipſo uel fa
bula

bula uulgaretur eſſetq; illo tempore in eadem ciui/
tate quidā pauper ſpiritu, nomine Theodorus, quē
ob uitæ eius innocentiā emancipauerat dñs ſuus, ei
p uiſum ſanctus apparuit, dicens Theodere frater.
At ille in uiſu reſpondens ai, Quis es domine? Cui
ſanctus ego ſum Ioannes huius ciuitatis quondam
Epiſcopus, Surge uade dic Epiſcopo Traguriēſi ut
meū educat corpus de loco illo ubi iacet ſepulchro
contectum ut orem pro populo & ciuitate iſta, qui
bus dictis repente diſparuit, expergefactus homo
ſurrexit eadē hora, & cœpit intra ſe uiſionē tacitus
retractare cogitando non uiſionē, ſed fantaſiā ſibi
aliquam apparuiſſe conticuit. Elapſis autē aliquot
dieb9 mediæ noctis tpe præfato uiro in hunc modū
uiſio iteratur. Vir uenerāde canitie uexillum crucis
geſtans manibus, fulgenti ſtola candida uelatus te/
tigit eū dicens frater Theodore, cui cū in uiſu reſpō
diſſet adſum, protinus ſubiunxit, Quare neglexiſti
nunciare mandatū meum epiſcopo. Surge, uide, cō
ſidera diligenter, quoniā qui nuper p uiſum tibi ap/
paruit, Ego ſum qui loquor tecum, caue igit, ne ad/
modum negligas nunciare quæ cernis, non fantaſti/
co quidē, ſed uero habitu loquor tibi. Surgēs homo
in pauore mentis Epiſcopum adiit & ei data copia
loquendi quæ ſibi reuelata fuerant patefecit omnia
ſigillatim, Epiſcopus uero dictis illius fidem non fa
cile faciens paucis reſpondit dicens, uade fili & ſup
uiſionis huiuſmodi ne ſis ſolicitus ammodo, quoniā

attẽdere ad ſomnia tãq; ad uiſa, mẽdacia uoce Pro/
phetica ꝓhibemur, abiit in domũ ſuam homo, et ad
Epiſcopi dehortationẽ de uiſione diffidẽs, nullã de/
inde uiſionẽ in mente ſua cõſtituit eſſe credendum.
Quadã uero die, dũ conſueto more ligna referret ſo
lus, feſſus onere quẽ iã ætatis uetuſtæ grauarat ibe
cillitas ꝯpoſito faſce reſedit, & cũ more fatigatorũ
in cuiuſdã ſe nebulæ ſoporẽ dediſſet, adeſt ſanctus
cũ immẽſo luminis fulgore tangenſq; illũ uexilli qd
gerebat cuſpide ſuſcitauit dicens, frater Theodore
experrectus hõ a ſomno atq; in ſolita lumis clarita
te ꝓterritus nõ poterat linguã reſoluere in reſponſo.
Qui tenens eius manum blanda & leni allocutione
cõfortauit eum & ait, Noli timere fili, non enĩ ſolet
percutere, ſed ſanare ꝓcuſſos, ꝓpera igit & Epiſco
po nuncia uerũ hominem non fantaſticũ loquor ap
ruiſſe, et ei ſuggeras, ut corpus meũ de ſubterraneo
aducat ſepulchro, ab omnipotente nanq; mandatũ
ſuſcepi, ut pro ſalute populi ciuitatis illius corã illo
ſim medius & ꝓpetuus ĩterceſſor. Ille uero q̃uis for
midine non ad adhuc omnino depoſita confiſus fa/
miliarius, tamẽ et domeſtice allocutionis humanita
te, in his uerbis reſpondens ait, Ecce domine qd hor
taris ꝓſequar, quærẽti ubi ſit locul9 ſepulturæ tuæ
quale dabo reſpõſum? & ille, In eccleſia martiris &
Laurẽtii quærat edicito, & ubi fuſtẽ laureum terræ
affixũ inuenerit, ibi corpus meũ agnoſcat eſſe ſepul
tum. Tu autem ne mea mandata negligas, diligenti

cura obſerua, non enĩ ſi ultra neglexeris, maioris di
criminis pœnã euades, his dictis eadem luminis eũ
immẽſitate ꝓſequente diſceſſit. Abiens igit homo
in domũ ſuam totus luridus et debilis iã artus ſuſtẽ
tans baculo, Epiſcopũ adiit, & linguam uix in hæc
uerba reſoluens ipſa ei uiſa referat pariter et audita
Adhibuit tunc demũ fidem dictis Epiſcopus, & ut
in ore plurimorũ uerba recentia ſtarent iubet ſæpe
factum hominẽ pandere ſeriatim miſteria reuelata
Qui cuncta per ordinẽ reuoluens, præſentibus reli/
gioſis tam laicis quã clericis ad hoc uocatis ut rei ge
ſtæ teſtimoniũ perhiberent, ne Epiſcopus narratio/
nis præſumptuoſæ poſſet incurrere reprehenſionẽ,
rettulit quæ qualiter & quo ordĩe uiderit uniuerſa.
Cœpit epiſcop9 exinde ſciſcitari ſolicite, utrũ de lo
anne epiſcopo fama ſenior aliqd indicarit, pauci ad
modũ grãdeui iã ſenio, de antiq̃ deſtructiõe ſuperſti
tes referre cœperũt ſe a ſuis priorib9 accepiſſe, quẽ
dam Romanũ longe ante ciuitatis excidiũ, in eadẽ
ciuitate fuiſſe epiſcopũ Ionanẽ nomine, ꝑ quẽ Deus
multa dũ adhuc uiueret mirabilia faciebat, ſed pro
pter urbis occaſum oblitos fere omniũ, quæ de illo
primores ſuos recitantes audire ſolebãt relationem
quorũ libẽter amplectens epiſcopus eo qd cum uiri
teſtimoĩo cõueniebat ad locũ quẽ uir prenarrauerat
uadit & ita inuentũ eſt, uti fuerat premõſtratũ, qd
ut uidit grates omĩpotenti Deo retulit, & ad eleuan
dum corpus ſaacrum indixit ieiunium triduanum.

Quo peracto subsequẽtibus clericorũ & laicorum turbis accessit ad locũ & accepto fossorio cœpit fodere primo manibus suis, deinde cæteris quousq; ad tumbam deuenirẽt qua tegebatur sancta gleba, Ea uero reperta quãto plebs gestiuit tripudio, non est nostræ linguæ retexere, nec est pñtis euoluere facultatis, cũ ad ea prosequẽda, quæ protinus sunt subsecuta euestegio properemus, repto igitur ut diximus mausoleo, tentant reuoluere lapidẽ superpositũ & non possunt, accedentes autem plures prioribus adiectis ferreis palis & cuneis summouere illum nulla tenus potuerunt. accessit tandem & dictus Episcopus, atq; id ipsum tentans nil profecit, unde cõtigit ut lætitiam quã nouum noue inuẽtionis miraculum repente pepererat, repentinus admirationis stupendæ pauor superueniens reprimeret, & innata mentibus festina gaudia desperationis sperati thesauri casus anceps miserabiliter et mirabiliter occuparet Inito demum & reperto consilio salutari iubet antistes accersiri sæpe dictum Theodorum sperans per nullum melius digniusq;, quã per ipsum posse tãta sibi reserari misteria, ut qui dignus fuerat electus relationis sacræ inditio, dignus etiam releuationis eius dẽ præsumeretur. Accersitus igitur accedit ad tumulum, et lapidem quẽ potẽtium multorum uiresmultorumq; argumentorũ instrumenta submouere non poterant, ipse dumtaxat, cultelli quẽ gestabat submissa cuspide, non secus q̃ leue pallium, sustulit

et erexit, aperta itaq; sacra tumba, tantus tantæq; suauitatis emanauit odor, ut nõ modo uicina uerum etiã longe distantia loca mirando fragore cõpleret. Inuenitur sanctum corpus, illesum & incorruptum excepto cubito sinistro, ubi lapidis humore summo tenus tangebat tunc accedẽtes religiosi uiri simul cum præfato Episcopo eleuãtes corpus cum hymnis & laudibus posuerunt illud in capsa cupressina, quam cum eodem sacro corpore locauerunt in sarcofago marmoreo, in eadem ecclesia ubi requieuit, prestando inuocantibus adiutorium eius in nomine domini multa beneficia, cæcis uisum, surdis auditũ, debilibus gressum, obsessis immundorum spirituũ curationẽ, usq; ad tempus quo ciuitas a Venetis fuit percussa. Secundo Veneti nanq; cũ irent in Romaniam contra Chium comparato exercitu diuertẽtes illuc cum triginta galeis ad Tragurienſium portus applicuerunt, Cunq; ciuitas nec murorum esset freta circuitu, nec munitione uallata turrium, nec bellicis armis fulta, Sed solis sparis ex quibusdam maceriis circumsepta fragilibus, inuadentes eam prædones, & manu furibunda, cuncta subuertentes inuertunt, scrutãtes abdita quæq; pro thesauris quos occultos putabunt inueniendos uiolato sepulchro quo sacrum corpus in capsa iacebat, dũ thesauros ecclesiæ in eam sperant esse reconditos, ipsam cum cæteris ornamentis tanquã lupi repaces dirripiunt & ad mare inreuerenter usq; deportant, ibiq; aper

ta in qua ſperauerāt theſaurum capſa reconditum, cum nihil præter corpus ſanctum inuenirent non pietate moti, non pœnitentia ducti q̃ uenerabile corpus tā impie, tamq̃ irreligioſe tractauerāt. Sed uidentes ſe fraudatos deſiderio ſuo ipſum inuertūt, & cum nihil præter annulū circa illud rapina dignum inuenirent ipſum extrahere tēptant. Quod cū procupita uelocitate non poſſent educere manum cum brachio a cubito truncātes auellūt & truncum corpus in littore beſtiali feritate relinquūt. O nepharia dextra, quæ tale tantūq̃ ſcelus perpatrare nō horruiſti. O ſæuientū inaudita crudelitas quæ de cōfeſſore mortuo martyrē facere non timuiſti. O ferina non humana ferocitas, quæ pro raptu tā uili & modico uniuerſum exercitū defedaſti, ut illud hiſtiographi cōtra te poſſet ueriſimilitir retorqueri. Nulla fdes, pietaſq̃ uiris qui caſtra ſequūtur, uenaleſq̃ ibi phas ubi credula merces. Dimittūt itaq̃ Piratæ deteſtabiles memoratū corpus in littore, & cū cætera rapina ſanctū deferentes brachiū uia qua cœperant in fauſto omine naiugarūt. Diuinæ nāq̃ animaduerſiones cōtigit ultione, ut præfatæ galeæ Chiū nauigātes, ex eis aliæ naufragiū paterētur, aliæ qdē ab hoſtibus ſuperarētur, reliquæ aūt aereæ peſtilētiæ tanto ſunt cōtagio tabefectæ, q̃ ex triginta uix ſex ſuperſtites Venetias remearunt. Quæ omnia propter piaculum quod in ſanctū & uenerabile con cōmiſerant non eſt dubium accidiſſe, Comperto de

niq̃ de galearum dictarum regreſſu, Ciues Tragurienſes conſilio conmunicato legatos pro memorato brachio repetendo Venetias deſtinarunt, Qui licet ſatis honeſte fuiſſent recepti & honorifice tractati, data publica uiſione, ut ubicunq̃ res eorum inuenirentur, eas abſq̃ difficultate reſtituerent quæ haberent. Super brachio repetito huiuſmodi reſpōſum reportauerunt. Nolite fratres, nolite fatigari, nolite incaſſum uerba fundere, repetendo brachium illud ſanctum quod de corpore illius reuerendi uiri ſublatum eſt & apud nos reuerentiſſime collocatum. Has enim corporum ſanctorum reliquias conſueuimus nobis longe melius uenerari. Et ſic principalis cauſæ legatione fruſtrati legati ciuium ad propria ſunt reuerſi. Paucis poſt modum temporibus euolutis, cum ſancti confeſſoris adeſſent ſolennia, et plebs uniuerſa de more priſtino ad nocturnas ipſius ſollenitatis celebrandas uigilias conuenirent Subito facta eſt inter ipſa noctis prima crepundia tāti luminis copia, ut uidentium ſe cunctorū reuerberaret acies oculorū, Et ueluti cometa crinitus, qui Regum regnorumq̃ mutationes ſolet portendere, lōgos tractus terræ ſcintillari ſcindēs uibramine, Totam Iſtriā cūctaſq̃ inferiores partes Dalmatiæ præteruolans, uſq̃ ſup. Tragurienſē eccleſiā uiſum eſt coruſcis radiis ſplenduiſſe, unde & ciuitas omnis in admirationis ſtupore conuerſa, pterrita & attonita pariter mirabat qd ſibi portēderet lumioſa lāpas

circumfusi fulgoris, cunq; splendore in noctis caligi
ginem resoluto sacrista more cõsueto, ad luminaria
concinũ sacrarium, & locum in quo iacebat sanctũ
corpus introisset, inuenit præter solitum super cap/
sa corporis preciosi quiddam munda sindone inuo/
lutum, perscrutato igitur, & quid illud esset diligen
tius recẽsito, clara luce deprehẽdit hunc esse thesau
rũ desideratũ diuti⁹ hoc esse beatas reliqas, hoc esse
brachiũ sanctũ absq; dubio angelicis ministeriis re
portatũ, qd humanis manibus Veneti dudũ nõ dede
rant referendum. Ad cuius miraculi spectaculum
gloriosum concursus fuit populorum laudantium
et glorificantium saluatorem, qui cum in cunctis sit
mirabilis, mirabiliter in sanctis suis non dedignatur
nec desinit glorificari. Exultat plebs uniuersa in ef/
fabili gaudio, & immensa lætitia tanta certior effe/
cta se posse obtinere per suffragia tãti patroni, quæ
a deo iuste poposcerit quanto liquidius per istiusmo
di est experta miraculum, quod apud altissimũ ip/
sius precibus et meritis ualeat in suis necessitatibus
exaudiri. Depositus est autẽ, siue translatus beatus
Ioannes Confessor & Episcopus, in ciuitate Tragu
riensi die decimo octauo Calendarum decembriũ.
CVM autẽ contingat sæpius ut incrudelitate fides
elucescat & per dubitationem, solidatur ueritas om
nipotens saluator noster, cuius immensa ꝓuidentia
sanctum suum extollit et uelut sidus rutilans splen/
dere facit incredulorum periculo uoluit sæculi hui⁹
beatitu

beatitudinem comprobare. Nam Iordanus uir religi/
osus pater monasterii eiusdẽ ciuitatis, die quadã quod
dã ambiguum lignũ dolando minus caute tractaret,
subtilis festuca ex eodem ligno dextre ipsius indicem
penetrando subrepsit, quã conans educere, nulla po/
tuit ratione uellere, tumescente itaq; cũ festuca digito
cœpit dolor affligere patientẽ, manus crescere, cruci/
atus exarescere usq; adeo uitã traheret lãguidus mor
te multimodis grauiorẽ. Cumq; nec unguentis, nec p
plures dies appositis medicaminibus crudelis aliq̃te/
nus mansuesceret cruciatus, irruerentq; dolores graui
ores solito egro trahente tempore insomni & omnino
irrequieto, ad cruciaminum leuamen solius mortis
solatium expectabat herebat quidem eius animo ut
uotum de recuperanda salute beato confessori emit/
teret, Sed obstabat culpa conscientiæ, quæ de sancti/
tate beati uiri dum sanus existerat dubitabat, qd plu/
ra in confinio mortis iã fere positus uotũ uouit domi/
no, & beato confessori Ioanni, ut si eius meritis ac pre
cibus ab instanti liberaretur periculo ad honorẽ eius
digitum argenteũ offerret corpori sancto suo. Nocte
uero euestigio subsecuta, dũ aurora futuræ diei daret
initium & sæpe fatus eger in cuiusdã nebulæ umbra se
sopori dedisset, qui ab exordio ingruentis doloris som
nũ nequaq̃ nouerat, uidit per somnũ quendam nobi/
lem eiusdẽ ciuitatis uirũ Ioannem cognomine Casoli/
num ad se uisitationis gratia ingredientem qui quasi
cõdolens & passioni eius grauiter cõpatiens, manum
languidam cœpit leniter demulcere, ligamina medica

mentoq; euoluere, digitum cui festucã impressam dixi
mus, propriis manibus ex digitis suauiter demulcere,
acerbũq; dolorem quẽ per nouẽ dies contiguos inre/
quietus homo passus fuerat mitigare, Expergefactus
aũt languidus, leniorẽ sensit manum, & resolutis liga
turis digitũ læsum aspiciẽs, uidet festucam ad summũ
iã fere progressam, & ut eam educerẽt quasi oretenus
proclamantẽ quam eductam secutus est ipse passiuus
meror, dolor & cruciamina sunt omnino sedata, & ut
ab eiusdem religiosi uiri ore didicimus modici tẽporis
interiecto spatio pristine reddit sanitati. Qua recepta
non iã ut prius incredulus, Sed in fide sanctitatis beati
confessoris solidatus & stabilis ad loculũ quo corpus
uenerabile iacebat tã deuote q̃ reuerenter accessit, &
uotũ quod in tribulatiõe sua os eius locutũ fuerat ob/
tulit benedicẽs & laudans dominũ qui est mirabilis in
sanctis suis. Nec fuit huic dissimile, qd̃ alio quoq; tẽ/
pore cõtigit, sicut qdam eiusdem ciuitatis nobilis Du/
ymus galaderlus agnomine nobiscũ positus de se ipso
sæpius referebat. Qui cũ similiter de uirtutibus San/
cti cõfessoris esset ambiguus, cœpit æstiuo tẽpore ui
febrium laborare. Ea. calore sensim crescẽte ni maius
cepit totũ corpus estuare quasi ardore ignium atq; in
acutũ morbũ transire. Quẽ physici mediã emitreum/
physico consueuerũt uocabulo nuncupare. Cui cũ per
plures dies effusum nullum proficeret medicamentũ,
Expectarẽtq; circũsedentes mortis illius euentũ quẽ
quodãmodo cernebãt finitimũ. Subito per portas na
riũ sanguis feruere, Et tribus diebus totidẽq; noctibus

pariter effluere sedulo quantitate, quo fluxu tãta debi
litate laborare cepit eger, ut aditu ferre uotis interclu
so nõ modo de salute, uerumetiã de uita penitus despe
raret. Idem ipse ad se rediẽs uoce qua poterat sanctũ
interpellat Ioannẽ, & penitens incrudelitatis spondet
mente pariter & animo, si ei dignaret salutis prestare
remediũ, q̃ de sanctificatione illius ab inde nullatenus
dubitaret. Deniq; se sequẽtis noctis cuius die præcedẽ
te sancti opem aduocauerat instante medio eo quoq;
in extasi posito adest christi confessor, ut uidebatur in
somnis, & his egrũ uocibus increpat dicens ut qd dũ/
ro corde filii hominũ usq; adeo de misericordia diffidi/
tis creatoris, q̃ ipsum non creditis, precibus seruorum
suorũ uobis salutaria cõmoda ministrare. Credite om
nipotenti nihil esse difficile, ipsũq; nobis peccatoribus
dũ adhuc misera & caduca uita in hoc salo mundi fun
gimur ad ipsius accincti obsequio tantam Confessore
gratiã, ut euecti post corpus ad sedes æthereas in exẽ
plum uitæ melioris incõmoda tã corporũ q̃ etiam aĩa
rum uestrarũ in ipsius nomĩe reuelemus pariter & ef
fugemus, nihilominus uero p̃ uobis fragilitati nostræ
ab omnipotẽti indulta nomina sanctitatis, cũ per gra/
tiam nobis collatã gloria nec minui ualeat nec augeri.
Sed ut uos credẽtes ad uirtutũ culmẽ erigatis animã
per quã salutem quoq; corporũ consequi ualeatis. Et
hæc dicẽs caput eius per q̃tuor partes inter manus p̃/
prias astringens & fluxum cohibuit sanguinis, & egrũ
restituit pristine sanitati, euigilans aũt languidus p̃cũ/
ctari cœpit a circũsedentibus qs ille fuerit qui ad ipsũ

intrauerat uisitandũ. Cumq; respõdissent neminem se uidisse, intellexit homo beatũ sanctũ Dei fuisse uirum cuius se uouerat deuotioni hesterna die, gauisus ita q; de incolumitate sibi reddita, gauisus est multo magis de uisione tã mirabli, laudes magnificas cœpit exoluere creatori, Exurgens aũt sanus & incolumis die tertia corpus sanctũ adiit grates immensas Deo & sancto Ioanni rettulit, & ab illo tẽpore nomen sanctum eius, & diem festiuitatis ipsius quoaduixit, sũma coluit semp & uigili deuotione, Hæc omnia sicut superius legũtur, idẽ nobilis nobiscum positus semp cũ lacrymis referebat. Mencogna uero eiusdẽ ciuitatis accola, cũ haberet unicũ filium a natiuitate cecũ ipsum domi fouebat ut pote quẽ cecitus nõ sinebat exterius peruagari, tempore aũt quo gloria domini fuerat in puero reuelãda, cepit oculorũ doloribus affligi, & cruciari adeo q; stridore ululatus continui non modo domũ propriam uerumetiã diebus pluribus uiciniã uexauerat uniuersam Quid faceret homo cui humanũ consilium nullum poterat remedii solatiũ adhibere, quadã nocte puerũ accipiebat & ipsum ad oratoriũ quo sanctũ iacebat corpus deferẽs, ante ianuas proiecit, nam hostia serra solidata prohibebant ingressum cũ quarta iam dicte noctis uigilia præteriisset cõmendans autẽ pater filium Deo & beato Ioanni cepit ibidem pernoctare. Mane uero adueniẽte cepit puer silere, & qui per plures dies somnũ non ceperat uiderat, dormiuit. Pater uero rem tacitus cõsiderans pro quiete illius Creatori rependẽs gratias intellexit dolorẽ pueri mitigatũ. Euigilans de-

niq; puer cepit apperire oculos, trepidare rerum quas nunq̃ uiderat nouitate quæ omnia ei stupenda & mirabilia sicuti q nũquã oculos aperuerat uidebantur Retulit siquidem domũ pater uidentem, pariter & sanũ natũ meritis Sancti Ioannis, insimul & uirtute Qui eũ cecũ attulerat scientibus oĩbus & infirmũ, pro tantis sibi collatis bñficiis gratiarũ actiões referẽs creatori. Quem admodũ diuina tradunt uolumina. Sicut terreni Regis secretũ silentio regere bonũ est, ita celestis Regis occulta pandere diguũ ducitur & honestũ. Euãgelica tuba testante q̃ dicitur, qd̃ in aure auditis prædicate super tecta. Idcrco ego Treganus humilis lector natiõe Tuscus, Patria Florentinus, & licet indignus in eadem Tragurienſi ecclesia gerens Archidiaconatus misteriũ rogatus a fratribus, a uenerabili uiro Domino meo Michaele eiusdem ecclesiæ Præsule, Sicut de uita sancti Confessoris in quibusdam codicibus iã ex maiori parte uetustate deletis inueni, in præsens opus ad honorẽ Dei, Sanctæq; Romanæ ecclesiæ reformaui, de inuentis nihil minuens, de meis nihil adiiciens. Quæ aũt de ipsius translatione, & brachii relatione scripta leguntur ideo prænotaui diligẽter ne essent occultata diuinis miraculis. Quæ & sexaginta bonorũ assertiõe uirorum fuisse uera probatum est. Scripta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis. M. CC. III. Tempore Domini Innocentii Pape tertii. Pontificatus eius anno sexto.

EVGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei Vniuersis Christifidelibus præsentes litere inspecturis, Salutem & apostolicã benedictionem. Licet is de cuius munere uenit ut sibi a suis fidelibus digne & laudabiliter seruiatur de abundantia suæ pietatis quæ merita suppliciũ excedit & uota beneseruientibus sibi multo maiora retribuat q̃ ualeant promereri. nihilominus tamen desiderantes non populũ reddere acceptabilem & bonorum operum sectatorem fideles ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectiuis muneribus Iudulgentiis & remissionibus inuitamus ut exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores. ita etiam ex cõmissi nobis gregis regimine misticos dispensantes thesauros. quemadmodũ beatissimus martir Laurentius terrestres pauperibus diuitias errogauit ut eternas sibi in celum atq; in marcessibiles prepararet ex quo & non solum propter sacri palmam martirii speciali ueneratio nis prærogatiua meruit a fidelibus insigniri. Quoniam igitur sicut accepimus ad ecclesiã Tragurien. quæ sub uocabulo eiusdem martiris fundata existit deuotionis causa magna populi multitudo confluere cõsueuerit. Hos cupiẽtes ut huiusmodi deuotio feruentius uigeat & augeatur ipsa quoq; ecclesia cõgruis honoribus frequẽtetur ac in suis structuris ædifitiis & ornamẽtis cõseruet & ut Christifideles eo libentius causa deuotionis confluãt ad eandem ac ad conseruationem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices quo ex hoc ibidẽ dono cœlestiis gratiæ uberius conspexerint

se refectos de omuipotentis Dei misericordia ac beatorũ Petri & Pauli apostolorũ eius auctoritate cõfisi omnibus uere penitentibus & confessis, qui die quarto decimo mensis nouembris, in qua memoria beati Ioannis Confessoris Tragurien. Episcopi honorifice & cũ maxima populi deuotione inibi celebrat̃ a primis uesperis usq; ad secũdas Ecclesiã ipsam deuote uisitauerint annuatim & ad cõseruationem constructionem & ornamenta huiusmodi manus porrexerint adiutrices septẽ ãnos & totidẽ q̃dragenas de iniunctis eis penitẽtiis misericorditer relaxamus presentibus in ꝑpetuũ duraturis. Datis Ferrariæ Anno in carnationis Dominice M. CCCCXXXVIII Tertio Nonas Maii Pontificatus nostri Anno octauo.

Thomæ Nigri Dalmatæ Prothonot. Apostolici
in Piam curam Ioannis Statilii Traguritæ.

Hoc tibi diue Pater Præsul uenerande Ioannes
Statilius propriis sumptibus optat opus.
Vt tua quæ fuerint miracula facta Traguri
Hic liber excussus testis in orbe foret.
Tu miranda facis, facit hic ea publica cunctis,
Laude manet merito dignus uterq; sua.
Nec minus ipse tuo debes pie Præsul alumno,
Quam tibi Mœonides debet Achilles herus.

Viennæ Pannoniæ per Hieronymũ Vietorem
Anno, M.D. XVI. Mense Iunii. die 28.